

8885

G A M E L I A  
Votiva & beneprecatoria, ,  
in  
Solemnitatem Nuptiarum,  
VIRI HUMANISSIMI ac DOCTISSIMI  
**Dn. IOSEPHI ALAVDÆ,**  
Rectoris ac Moderatoris Scholæ Ci-  
binien, maximè industrii:

Filii

Admodum Reverendi atq; Doctissimi.

Dn. BARTHOLOMÆI ALAUDÆ,  
Eccl. Schlavonicæ Leutschoviensis Pastoris à 35 annis  
fidelissimi, meritissimi.

cum

Lectissima & Pudicissima Virgine,

S U S A N N A,

VIRI QUONDAM PRUDENTISS. ac DOCTISS.

Dn. JOHANNIS LAPSCHERI,  
Notarii Reipub. Cibiniensis Jurati  
. filia derelicta;

jam autem

VIRI Doctissimi ac Consultiss.

Dn. ANDREÆ HERTELII,  
Reipub. Cibiniensis Consularis ac Nota-  
rii jurati, &c.  
privigna dilectissima

Anno CID IDC XXXV. 7 Nonas Decemb.

DEO prosperante obeundam,  
exarata ab

A M I C I S.

---

LEUTSCHOVIAE, Typis Breverianis.

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"  
/314.ig.j./



Ibinio nostras Rumor q̄s verberat Autres?  
Quæ Meta-fertur ibi morphosis orta modò!  
Horrida dum tristis metuuntur frigora brumæ,  
Frigora, quæ multo membra rigore gravant;  
Dum, quæ Vere novo tirili resonabat Alauda,  
Nunc, Thue die Thūr zu / voce strepente gemit;  
Exulat à Nidis dum libera turba Volucrum;  
Nec Socii socio gaudet amore frui;  
Attentantur Ibi contraria: Frigore pulsus  
It, cuius Cyprio pectus ab igne calet.  
Non clausas jubet esse fores, cupit usque patere,  
Nam Nidum & Sociam quærit ALAUDA sibi.  
Non hīc auditur vox tristior: immò resurgit  
Suavissimum, propter gaudia nata, Melos.  
Pennigeram sic SOLA trahit NATURA cohortem,  
Tales fert Anni tempus & ordo Vices.  
Hīc RATIO alma suos stimulos exercet (ut ipsa  
Egregiè dio munere docta cluit).  
Condere posse, docens, Hominem sibi tempore quovis  
Nidos & Sociam quærere, QUANDO LIBET.  
Illijs utriusq; piis allectus ALAUDA,  
Quod libuit licuitq; impiger audet, Opus:  
Prosequiturq; bono Successu, quando Parentum,  
Virginis & Susule Vota secunda capit.  
Molliter expansis Alis Mas-jungit Alauda  
Fœmellam sibi, sic Fœmina-Alauda Marem!  
Reffiant semet cantu nexuq; suävi,  
Nidum & Pullorum fertilitate beent!

Chro-

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"  
/314. ig. j./

Chronodistichon Aenigmatio-Votivum.

*Svb IVga Ioseph I prabet, Cathar Ina, fVfanna M:  
q Vo D Iho Va Vortat prospere!*

Ita honoris ergo alludeb. & voveb.

*Johan. Serpilus Secundus  
Eccl. Caismarcen. Pest.*

*Q uorum fæmineus non tentat pectora sexus,  
Hos imperfectos dixeris esse mareis.  
( Secundum proverb. Germanicum :  
Juristenbücher / Juden wüther / weiber ges'hirr/  
macht die welt yrr. )*

*Nam natura salax facit ex traduce salaces,  
Illinc suspecti sunt mihi μοτεματοι.  
( ex Terent. in Andria : Omnes qui amant, ægræ sibi dari  
uxores ferunt. )*

*Welcher nicht ein Weib nehmen will/  
Der zielt gemeiniglich auf viel.  
Ergo quod Uxorem sibi dicit honestus honestam,  
Divino ductu rite Josephus agit.*

*Carmine res digna est, ubi Christi in nomine factum  
Solemni ritu sexus uterq; probat.*

*( Redlich ein Weib genommen/  
Von frommen Eltern kommen/  
Ist ein yrdischs himmelreich;  
Ob schon die tag sind vngleich/  
Vnd einer biszweilen hinet/  
Der ander tag solch einbringt.  
Fürchten vnd stillhalten Gott/  
Mache auch das / was bös scheint/ ghet.*

*Pamphile sis procul hinc! qui non imitaris honestum,  
Re non μοτεματοις, nomine μοτεματοις.*

*Tecum dispereat Thesum fabricator iniquus,  
Mullieres ausus dicere, non homines.*

*Næ scriptum dignum Vulcano, fustibus Autor,  
Ostendens facto quod minus ipfus homo est.      Ludite*

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"  
/314. ig. j./

*Ludite vos hujus terrestria pignora seclit!*  
*Æternam ludum post luitura necem.*

( Das pfoppen ein weil wölgefelt /  
Wird doch bezalt in yener Welt. )

*At Vos legitimo conjunctos fædere Sponsos*  
*Servet, fæcundet, sanctificetq; D E V S.*

( An vnser freyen  
Ligt das verterben oder benedeyen. )

Drumb sollen Ehleit  
Embisch beten in / vor/ vnd nach der hochzeit.  
Glaub / was im namen

Gottes geschicht / das hat ein guettes Omen. )

*Si potus juvat, HERTELIO præpato, salutem*  
*Civibus exoptans Cibiniensis humi.*

*At quid Lasseliis nostris? instante Decembri,*  
*Vtrig; ex calido vellere pelliceum.*

( Ein steif par handschuch / rauer huet /  
Par winterstrimpf/ pantoffeln guet /  
Ein Braut/ ein peitz von warmer woll /  
Thuen in December treflich wol. )

S A M U E L Spilenberger  
Med. Doctor.

**D**um, quondam seclis ignotum, detegis Orbem  
Christophore Antipodum Magne Columbe novum.  
Martini in Festo celebri, non Veris egente  
Sub cœlo occiduo, cantat Alauda metos.  
Hispanis, pelagi Dominis orbisq; reiecti,  
Accinit adventum prosperum & auriferum.  
Nominis hanc Volucrem Josephe mutaris Alauda,  
Ac cum Martino gaudia blanda capis:  
Et quoniam solus non vis cantare, Sodaem  
Quæris Avem, quæ te sublever atq; juvet.  
Promiscui Generis Volucrum sunt nomina: dicant;  
Hiç & Alauda canit; Hæc & Alauda canit. Forte

" Régi nyomtatványok, Löcse, evang. :"  
/314.ig.j./

Forte apud Antipodas nidum nunc figit Alauda,  
Post cantus, pullos gignit alitq; suos.  
Sic & Alauda suæ Noster commisus Alaudæ  
Producat similes, quæ modulentur, Aves.  
Alcyon excludit velut ipso tempore Brumæ  
Pullos, dum placidum statq; siletq; Mare:  
Alcyonis Pacem tribuat sic tempus in omne  
Officio Sponsi Conjugioq; Deus!

M. DAVID Pratorius  
Sch. Caismarcensis R.

**M**acte novâ virtute puer: sic itur ad astra,  
Crinitus Phœbus dixerat Ascanio.  
Ille sibi hoc: Josephe tibi majora moventur,  
Dum redimit castum casta Susanna caput.  
Acclamo plaudens carmen; tibi militat ingens,  
Numine teste, bonum; Vita, Salus, Soboles.  
Æternus Praesul memorat sic gaudia teda  
Tergemina Hipponas, & sine labore tori  
Copia præsidii hic major, sanctisq; Jehovah  
Aligeris opus hoc cinxit abundè suum.  
Sancta fides thalami hic excedit gaudia vitae,  
Quæ benè juncta fuit vivere sola facit.  
Nulla Salus major, magè nec tolerabile vitam  
Transigere est usquam; nam Deus almis adest,  
Qui sua defensat, quò sic quoq; pectore fidant  
Ipsi majori, Fæmina Virg. simul.  
Astra magis, totusq; patent hic maximus aether,  
Plus geminata &; quam singula vota valent.  
Tandem nec meruit dici læticia major  
Illa, quam Natorum elicit pietas.  
Hicce bonis igitur fruere & latare paratis  
Virgine cum Sponsa, Docte Josephe, tua.

Aug. I. 9.  
de gen. ad  
lit. cap. 7.  
Gen. 24. v.  
7. & cap.  
32. v. 1.  
Tob. 8.

Leo Imp.  
Nov. 26. in  
princ.

(?) 3

Ab

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"  
/314. ig. j./

Ah faveat cæptis D E V S, & sancte orsa secundet!  
Vos maneant evum, Vita, Salus, Soboles.  
Vos thalamo quos jungit Hymen, mors jungat in urna;  
Jungat & aeternum vita beata polo.

M. Johannes VVindisch  
Leutschov. Scholæ patriæ  
Rector.

---

**W**as ist das? im Ehstand vngleich/  
Macht Mann vnd Weib in der lieb reich?  
Welche disz wird errathen mier/  
Der kauf ich ein flasch Malvasier.

Jonas Spielenberger  
Apotheker zur Leutsch.

---

**Q**uid? cum centenas Tibi patria moenia Nymphas  
Ostendant, nullam, Sponse, tori sociam  
Eligis hasce inter? Solùm tibi per placet atq;  
Cibinium, quod habet vix aliam atq; aliam.  
Seilicet Hocce tuis, (ceu credo) moribus aptam  
Monstrat, Tu ut quod agis, carpere nemo queat,  
Nonnè unam casto cum casta Susanna Josepho  
Expertì sorte? (ut pagina sacra docet.)  
Nam dum mundiciem servant, castumq; tuentur,  
Mercedis referunt vincula uterq; loco.  
Subscribo, laudo! quod sorte & moribus æqua,  
Una Tibi est multis obstreperis potior.  
Hac cum partiri studeas noctuq; diuq;  
Gaudia casta tori, gaudia grata toro.  
Adsit ἐρωτ, σέγιστ absit idem sit velleq; nolleq;  
Intet vos, unum quos facit alma Charis.

Unâ

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"  
/314. ig. j./

Unâ, uni, uno, felices vivite lecto; &  
Innumera vestram prole beate domum.

Balthasar Apelles  
Sch. Leutschow. Cantor.

**N**Villa dies adeò steriles pervenit ad aedes,  
In quibus egregium non habeatur opus.  
Nulla fuit tellus quæ non produceret uvas.  
Frugibus infelix vix fuit ullus ager.  
Non locus est ita difficilis, longeque remotus,  
Vt non jucundis cresceret herba comis.  
Nullum adeò nostrum fortuna manebat iniquum,  
Sit gravis ut cuncto tempore quoque loco.  
Jam melior JOSEPHÉ tua fors lucet in aede:  
Non est, crede mihi, tristis, ut ante fuit.  
Cibinii locus est inventus gratior, in quo  
Multis digna viris utilis herba stetit.  
Hanc tu præ reliquis multâ pietate mereris,  
Solus ad hanc properas non remorante pede.  
Illa dies venit, multis optata diebus,  
Quâ tibi præclarum jam datur illud opus.  
Sit gratum, faciatque ratum DEVS ille benignus,  
A quo sat largè provenit omne bonum.  
Diligat ex animo JOSEPHVM Sponsa pudicun.,  
Invigilet casto, casta SVSANN A toro.

Thomas Meritovinus Siles.  
Cant. Cibinien.

**L**3 Vñ Weib das ihren Mann erkent  
fürs haubt/ vnd ihren Herren nent/  
Ist ghorsam/ still/ solch vngleichheit  
Verursacht lieb vnd einigkeit.  
Das haus mier nicht gefallen will/  
Wo die henn kretz/ der han schweigt still.  
Samuel Spielenberger der Jünger/  
yezo draußen im Eurland.

" Régi nyomtatványok, Lőcse, evang. :"  
/314. ig. j./